



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instructio practica ...**

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,  
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice  
Methodum compendiarium reformationis Ecclesiasticæ à Concilio  
Tridentino factæ continente

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1679**

Art. VI. De opere quartæ diei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48233)

... & domini aliorum contra Basilium, eò quòd S. Scri-  
ptura aperte dicat, omne virgultum agri fuisse productum;  
et lux ipsa herbarum hominibus, tum animantibus ad va-  
tiores usus & commoda seruiant.

V. Q. 4. An terra tunc activè, an verò passivè dun-  
taxat herbas illas produxerit? Resp. Pererius, Valentia,  
Tanner & alij, passivè tantùm terram se tunc habuisse, eò  
quòd sine miraculo tam citò activè illas producere non po-  
tuerit.

ARTICULUS VI.

De opere quartæ diei.

I. Q. 1. Quid quarto die productum fuerit? Resp.  
Solem & Lunam, ac stellas fuisse productas, uti Moyses ca-  
pit. indicavit, dum dixit: Fecitque DEVS duo luminaria  
magnum, luminare maius, ut praeset diei; Et Luminare minus,  
ut praeset nocti, & stellas (tam errantes, quàm fixas) & po-  
sit in Firmamento caeli, ut lucerent super terram, & pra-  
esent diei ac nocti, & dividerent lucem ac tenebras.

II. Q. 2. An haec luminaria quoad substantiam fue-  
runt materiae elementari producta? Resp. ita quidem Mo-  
yses & nonnullos alios sentire; verùm S. Thomam & cum  
communiter ceteros Theologos, & Interpretes docere,  
quòd ex materia caelesti producta, atque adeò primo die  
creata, hodie accidentaliter duntaxat perfecta fuerit, qua-  
vis scilicet lucem immobiliter sibi inditam, & motum  
circularem acceperunt.

III. Q. 3. Quare Luna dicatur luminare magnum,  
et non tam parva quæ stellæ sint illa maiores? Resp. S. Thomas  
ad 1. q. 5. ideo vocari magnum, quia secundùm aspectum  
apparet hominibus major; aut quia, ut S. Chrysostomus ho-  
m. 1. in gen. notat, majorem præ ceteris stellis efficaciam ha-  
bere.

IV. Q. 4. A quo moveantur haec sidera? Resp. tum  
quòd ipsa, quàm totos caelos ab Angelis moveri, uti cum S. Tho-  
ma, communiter docent Theologi, eò quòd à seipsis moveri  
non queant (alioqui enim post diem iudicij quies ipsis vio-  
lenter turbata foret) atque adeò rectius ab Angelis moveri dicantur,



utpote quos etiam in alijs casibus ad ministerium suum  
hominum adhibere consuevit DEVS.

## ARTICULUS VII.

### De opere quintæ diei.

I. Q. 1. *Quid quinto hoc die productum sit?* Resp. In  
sequentibus Sacri codicis verbis indicari: *Creavitque Deus  
cete grandis, & omnem animam viventem atque motabilem  
quam produxerant aqua in species suas & omne volatile quod  
vivit super terram. Benedixitque eis dicens: Crescite, & multiplicamini  
& replete aquas maris, avesque multiplicentur super  
terram. Et factum est mane & vespere dies quintus.*

II. Q. 2. *Quare productio avium & aquarum  
qua tribuatur, cum tamen potius terrâ constare videantur?* Resp.  
S. Thomas q. 71. art. unic. ad. 1. corpora avium & piscium  
posse dupliciter considerari, uno modo secundum se, & ali-  
o modo in respectu ad terram, in qua nascuntur, & in  
neccesse est, quod in eis magis terrestre alimentum domi-  
netur, quia ad hoc ut fiat temperato mixtionis in corpore  
animalis, neccesse est, quod quantitativè in eo abundet ter-  
restris alimentum, quod est minus activum, scilicet terra. Sed  
si considerentur, secundum quod sunt nata moveri taliter  
tibus, sic habent affinitatem quandam cum corporibus  
quibus moventur, & sic eorum generatio hic describitur.

## ARTICULUS VIII.

### De opere sextæ diei.

I. Q. 1. *Quid hoc die productum sit?* Resp. 1. pro-  
ducta esse omnia animantia terræ rationis expertia,  
ex semine generantur, & virtutem generativam ad se  
sibi generandum habent; non autem ea, quæ ex patri-  
tertia vel excrementis, vel ex coitu animalium diver-  
sitate generantur. Resp. 2. productum esse, & postea ex  
lateri Adami exemptâ primam Mulierem Evam fuisse  
ratam.

II. Q. 2. *Quo sensu homo ad imaginem DEI  
dicatur?* Resp. S. Thomas q. 93. 2. 5. dupliciter  
dicatur.